

De Callimacho, νόμων poeta.

Quam eorum carminum, quae a Graecis νόμοι vocata ad deos celebrandos canebantur, nullum adhuc notum esset, eorum compositio non satis perspicua fuit. Nam quamquam ea in partes septem, quae ἐπαρχά, μεταρχά, κατατροπά, μετακατατροπά, ὄμφαλός, σφραγίς, ἐπίλογος fuerint, divisa esse Pollux in Onomast. IV., 66 commemorat, tamen quenam poetae in partibus singulis dixerint his nominibus solis adeo non potest concludi, ut Vestphalius (Catull's Gedichte in ihrem gesch. Zusammenhange p. 74, Prolegg. zu Aeschylus p. 75) duas partes, quae μετακατατροπά et ὄμφαλός vocantur, transponendas esse suspicatus sit, ita ut omphalos septem partium media fuerit. Manifestum autem est, νόμων compositionem recte cognosci non posse, nisi ex ipsis ejus modi carminibus. Itaque magni momenti sit, si hoc carminum genus non perditum esse ostendi possit. Quod nuper in threnis Iliadis libri XXIV. indicavit Peppmuellerus libello, qui inscriptus est „Ueber die Composition der Klaglieder im vierundzwanzigsten Buch der Ilias, Halle a/S. 1872.“ Longum est, hic de illorum cantuum compositione judicare, itaque confestim ad id progredior, ut hoc carminum genus a Callimacho adhibitum et nobis servatum esse significem. Fundamentum autem huic dissertationi est contextus a Schneidero in Callimacheis Lipsiae 1870 restitutus, neque editio Meinekii Berolini 1861 neglecta est.

Sunt autem Callimachi carminum traditorum tria, in quibus septem νόμοι partes apparent, hh. in Apoll., Cerer., lav. Min., unum, in quo quinque partes existunt, h. in Jov. Sed ad hymnum in Ap. tractandum accedamus.

I. Hymnus in Apollinem.

Hunc hymnum in Ap. legentibus quatuor partes maiores occurunt, quarum prima usque ad vs. 16 pertinens prooemium complectitur, secunda inde ad vs. 31 patens transitum continet ad partem tertiam et praecipuam, quae usque ad versum 104 porrecta parte extrema excipitur (vss. 105—113). Sed jam singula tractemus.

Indiciis enim Apollinis adventus vss. 1—5 prolatis poeta vss. 6—8 ad deum accipendum et diem festum cantu et choro acineto solemniter celebrandum adhortatur. Neque vero ei, qui animis piis deum exceperint, praemiis carebunt; nam cum omnes boni, qui eum viderint, magni erunt (vss. 9—11), tum pueri cantu et saltatione ad nuptias et senectutem pervenient et urbem incolumem servabunt (vss. 12—16). Itaque in prooemio dilucide duae partes distingui possunt, quarum in priore dei adventus et apparatus festi describuntur, in posteriore apparatum causa additur. Sunt autem divisae illa in vss. 5 + 3, haec in vss. 3 + 5. Quae quum ita sint, non dubito, quin in hoc prooemio partes nomi antiqui duae priores, quae ἐπαρχά et μεταρχά vocantur, exstant. Sed si hujus hymni argumentum persecuti erimus, etiam aliae quinque nomi partes elucebunt.

Nihil enim a puerorum choro canendum esse, nisi Apollinis laudem, parte secunda commemoratur. Atque etiam haec duabus particulis constat. Omnia enim alia, si Apollinis cantus audiatur, obticescere debere, versibus 17—24 poeta eloquitur, cuius causae vss. 25—31 adjiciuntur. Initia vero harum particularum versibus singulis notata sunt,

vs. 17 εύφημεῖτ' ἀίσιοτες ἐπ' Ἀπόλλωνος δοιδῆ,

vs. 25 ἵ, ἱ φθέγγεσθε· κακὸν μακάρεσσιν ἐρίζειν.

Quos ter bini versus sequuntur. Obstare quidem videntur tres versus 22—24 responsioni exactae. Sed si notiones ter repetitas πέτρος, διερὸς λίθος, μάρμαρον et enunciationem molestam atque inusitatam ὅιζυρον τι χαίνειν considero, haud scio an hic versus omnino delendus sit. Minime vero Schneidero assentiri possum, qui „post vs. 23 quaedam excidisse, quibus Callimachus dixerit, Nioben deos quibuscum certaverit fecisse μάρμαρον ἀντὶ γυναικός,” putat, quia „quod mox inculcat poeta, ne quis cum diis certet, id minus abrupte inferatur, adeo ut vix intelligi possit, cur poeta dixerit.“ Recte quidem, si verba κανὸν μανδρέστων ἐργάζειν ad Nioben referuntur, sed potius causa, cur ea sola, quae grata sint Apollini, canenda sint, iis addi mihi videtur; est enim, quod is, qui aliud quiequam atque Apollinem canit, contra dei voluntatem agit, ergo cum deo certat. Itaque ante vs. 24 non lacuna statuenda est, sed versus ipse interpolatoris esse videtur. Quo sublato nihil est, quod ordinem perturbet. Post unum vs. 17 ter binis versibus, ubi primum Apollinis cantus incepit, pontum silere, Thetidem filii amissi querelis desistere, Nioben luctum differre narratur ita, ut haec figura evadat: 1. 2. 2. 2. Neque aliter particula secunda composita est. Nam versu 25 praemisso tres causae, cur puerorum cantu Apollo celebrandus sit, ter binis versibus eduntur, prima quod deo et rege volentibus aliquid omittere difficile est, secunda quod pueris, si grata cecinerint, deus praemia tribuet, tertia quod Apollinis virtutes tam praeclarae et egregiae sunt, ut cani facile possint. Habemus igitur duas particulas respondentes et quidem eodem loco, quo sunt in nomo κατατροπά et μετακατατροπά.

Sed postquam poeta in eis cantibus, quibus Apollo celebretur, eum solum laudibus efferendum esse dixit, exclamatione in vs. 31 τίς ἀν οὐ βέα Φοῖβον δέδοι ad partem principem a vs. 32 usque ad vs. 104 pertinentem, qua dei virtutes insignes et facta splendida describuntur, apte traducit. Neque vero quin Callimachus hic quoque νόμων poetas, a quibus haec pars ἐμφαλός vocata est, imitatus sit, mihi quidem dubium est, atque discedet, credo, in sententiam meam, quicunque bujus partis argumentum perlegerit. Concedent autem omnes, vss. 32—46, quibus figura et habitus, pulchritudo et juvenus aeterna, artes dei praedicentur, a sequentibus, quibus quae a deo egregie facta sint, attingantur, sententiae causa segregandos esse. Atque etiam haec particula arte mirifica divisa est. Quidnam nobis primum in homine se offert? Habitum et figura. Itaque prioribus quatuor versibus 32—35 Apollinis chlamydis, fibulae, lyrae, arcus, pharetrae, calceorum mentio fit. Sed a vestimento oculi ad formam dei ipsam convertuntur, et dei pulchritudo, juvenus aeterna, genae barba carentes, comae de humeris venuste fluitantes tribus versibus sequentibus 36—38 describuntur, atque eodem versuum (39—41) numero, quanta copia et quanta ubertas undique panacea ex comis defluente dispergantur, explanatur. Restant quinque vss. 42—46 deum artium inventorem celebrantes. Quorum vs. 44 Φοῖβω γάρ καὶ τόξον ἐπιτρέπεται καὶ αἰολή a Ruhnkenio (Epist. Crit. II., p. 13) pro spurio ejectus est, et confidenter eum damnum esse, Blomfieldus assentitur. Qui versus quamquam per se ipsum nihil offendionis praebet, tamen inanis vs. 43 repetitio est; atque etiam Ernestus, quamvis tueatur versum, tamen non modo nihil desiderari, si absit, sed etiam orationem venustiorem sibi futuram videri confitetur. Neglecto igitur hoc versu quatuor dei artes sagittandi, cantandi, vaticinandi, medendi quatuor versibus celebrantur. Quae quum ita sint, vss. 32—46 hoc modo ordinati sunt: 4. 3. 3. 4.

Neque vero vss. 47—104, quibus facta dei egregia narrantur, symmetria carent ita, ut vss. 55—96 versibus octonis, in quibus argumenti similitudo est, circumcludantur. Namque versus octo 47—54, quibus Apollo pastor optimus laudetur, versibus octo 97—104, quibus deus Pythonis agrorum populatoris necator celebretur, consulto et venuste oppositos esse, nemo negabit. Cognoscitur autem par harum particularum constructio eo, quod in utraque tres versus quasi prooemium quinque versibus excipiuntur. Videas, quaeso, vss. 47—54:

Φοῖθον καὶ Νόμιον πικλήσκομεν ἔχετι κείνου,
ἔχότ' ἐπ' Ἀμφρυστῷ ζευγίτιδας ἔτρεφεν ἵππους,
ἡθέου υπὲρ ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδριάτοιο.

ἥτεια καὶ θουβόσιον τελέθοι πλέον, οὐδὲ καὶ αἴγες
δεύοντο θρεφέων ἐνικηλάδες, ἡσυν Ἀπόλλων
βοσκομένης ὄφθαλμὸν ἐπήγαγεν οὐδὲ ἀγάλακτες
οἵας οὐδὲ ἄκιθοι, πᾶται δέ καὶ εἶναι ὑπαρνοι.
ἡ δέ καὶ μουνοτόκος διδυμητόκος αἴφα γένοιτο.

et vss. 97—104:

ἵνι ἵν παιῶν ἀκούομεν, οῦνεκα τοῦτο
Δελφός τοι πρώτιστον ἐφύμνιον εὔρετο λαίς,
ῆμος ἐκηθολίνη χρυσέων ἐπεδείκνυσο τόξων.

Πιθώ τοι κατίσυντι συνήντετο δαιμόνιος θήρ,
αἰνὸς ὄφις τὸν μὲν σὺν κατήναρες ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
βάλλων ὥκην ὁιστὸν ἐπηῆτησε δὲ λαὸς
ἵνι ἵν παιῶν, ιει βέλος εὐθύ σε μήτηρ
γενέας ἀσσοπῆρα τὸ δέχετι κείθεν δεῖδη.

His igitur versibus octonis pars tota arce conjungitur. Sed priusquam de compositione versuum immissorum dicam, pauca ad vss. 58—64, qui depravatissimi videntur esse, adjicienda sunt. Quae corruptelae criticos non fugerunt, sed veriti sunt, ne malum funditus extinguerent. Versum 64 ejiciendum esse, censem Ruhnkenius (Epist. Crit. II., p. 139) et Ernestus, ille quod hic versus nihil nisi repetitio vs. 58 sit, et „an quisquam“, inquit hic, „vel dixerit θεμέλια ἐγέρειν, vel id bene dicatur, dubito.“ Et Meinekius haec addit: „Frequens dicendi genus est ἐγέρειν χάρακα, τάφον, τεῖχος, erigere, in altum educere, at fundamenta non eriguntur, sed jaciuntur, deprimuntur.“ Eundem autem virum doctum pro τὰ πρῶτα θεμέλια in vs. hoc et 58 τὸ πρῶτον ἐδέθλια scribere voluisse, non est probandum. Nam poeta deum templorum aedificatorem celebrare noluit, voluit oppidorum conditorem, qui oppidorum fundamenta jacit, describere, ut in vs. 57 legitur: αὐτὸς δὲ θεμέλια Φοῖθος ὑφαίνει. Schneiderum quoque offendit vox ἐγέρειν et edit ἐρείδειν. Quamquam autem locis a viro docto l. a. pag. 180 allatis efficitur, ut θεμέλια ἐρείδειν dici possit, tamen Ruhnkenii dubitatio, num Callimachus ipse versum 58 eisdem fere verbis repeteriverit, non sublata est, neque alium locum genuinum, quo poeta hoc modo simillimo redeat, unde digressus sit, inveniri puto. Itaque vs. 64 non erat sanandus, sed delendus. — Sed si quis vss. 61—63 attente perlegerit, hic aliquid haerere statim concedet. Audias, quaeso:

ὅ δέπλεκε βωμὸν Ἀπόλλων.
Δείματο μὲν κεράστιν ἐδέθλια, πῆχε δὲ βωμὸν
ἐκ κεράων, κερασὺς δὲ πέριξ ὑπεβάλλετο τοῖχους.

„Texit aram Apollo, fanum aedificavit, aram struxit, parietes subjicit.“ Nemini, credo, arae aedificatio sic narrata perspicua erit. Itaque Meinekius pro vulgato ἐδέθλια edidit θεμέλια, et quum vox πῆχε a poeta jam in vs. 58 adhibita suspicionem movisset, mutavit in τεῦχε. Etiam autem has mutationes exceperimus, nondum omnes difficultates sublatae sunt; quare enim repetit poeta ἐπλεκε βωμὸν et πῆχε vel τεῦχε βωμὸν? Ut uno verbo sententiam meam dicam, versum 62 interpolatoris esse et evertendum esse puto. Quod si factum est, quam pulchre omnia procedunt: Diana affert capita caprarum,

ὅ δέπλεκε βωμὸν Ἀπόλλων
ἐκ κεράων, κερασὺς δὲ πέριξ ὑπεβάλλετο τοῖχους.

Sed jam ad propositum, ad versuum 55—96 compositionem redeamus. Nam si recte vss. 62 et 64 spurios esse suspicor, versibus tribus 55—57 Apollo oppidorum conditor et patronus, versibus quinque (58—63, deleto vs. 62) fundamentorum jaciendorum praeceptor, quippe qui aram Ortygiae aedificaverit, describitur. Firmatur autem sententia mea eo, quod versus octo 77—84, quorum argumentum simile est, etiam tribus et quinque constant. Hic enim vss. tribus 77—79 Apollini in urbe Cyrene aram aedificatam et sacrificium anniversarium, quo tauri caesi sint, a Battio institutum esse, atque versibus quinque 80—84 reliquam anni partem deum eadem in ara sacris incuruentis cultum esse, poeta narrat. — Restant vss. 65—76 et 85—96, quorum vss. quatuor 65—68 versibus quatuor in extremo positis 93—96 respondent. Illis enim Battum Apolline comite Libyam ingressum esse et Cyrenen condidisse, his incolas hujus urbis a deo muneribus amplissimis expletos et deum ab iis maxime cultum esse illustratur. Cui autem his expositis mirum sit, etiam in vss. 69—76 et 85—92 tres quinque versibus excipi? Schneiderus quidem in vs. 72 post τόδε πρώτον aliquid excidisse, quo Spartam nomen Carnei invenisse dictum sit, quia de solis nominibus agatur inde a vs. 69, putat. Tantum autem abest, ut de nominibus dei agatur, ut quomodo Apollinis Carnei cultus in urbem Cyrenen translatus sit, dicatur, ad quod vss. tres 69—71 traducunt. Itaque etsi τόδε in vs. 72 corruptum est, tamen nulla est causa lacunae ponendae. Versibus autem 69—76 (3+5) respondent vss. 85—92 (3+5), quibus quantam laetitiam deus e Dorum saltationibus perceperit, quum primum in Libycorum finibus tempora sacri Carnei solemnia venerint, exponitur.

Postquam autem, quam mira arte omphalos compositus sit, ostendimus, ad eam partem venimus, quae σφραγίς vocata octo versus 105—112 complectitur. Idem igitur versuum numerus in hac parte invenitur, atque in ea, quae επαρχία dicitur. Sed ordo versuum alius est; quum enim illuc compositio 5 + 3 poetæ placuerit, σφραγίς versibus 2 + 6 constat.

Particula autem, quae επίλογος vocatur, in hoc hymno unum solum versum continet, quo poeta deo invocato id, quod in parte praecedente molitus est, absolvit. Nam quum obtrectatores poetæ criminis vertissent, quod nulla carmina nisi exigua fingere posset, hac criminacione in parte priore repulsa hymnum his dictis terminavit:

ἰ δὲ Μῶμος, ἵν’ ὁ Φθόνος, ἔνθα νέοιτο.

Sed quo melius compositio hujus hymni vel nomi artificiosa perspiceretur, textum a Schneidero l. a. editum in νόμου partes disposui.

Ἐπαρχία.

Οἶον ὁ τάπολλωνος ἐσείσατο δάφνινος ὄρπηξ,
οἴα δ' ὅλον τὸ μέλαθρον. ἐκάστος, ἐκάστος, ὅστις ἀλιτρός.
καὶ δῆ που τὰ θύρετα καλῷ ποδὶ Φοῖβος ἀράστει.
οὐχ ὄράς; ἐπένευσεν ὁ Δῆλος ἡδὺ τι φοῖνιξ
5 ἔξαπίνης, ὁ δὲ κύκνος ἐν ἕρει καλὸν δείδει. 5
αὐτοὶ νῦν κατοχῆνες ἀνακλίνεσθε πυλάων,
αὐταὶ δὲ κληδόες ὁ γαρ θεὸς οὐκ ἔτι μακρήν.
3 οἱ δὲ νέοι μολπήν τε καὶ ἐς χορὸν ἐντύνεσθε.

Μεταρχία.

ώπόλλων οἱ παντὶ φαιένεται, ἀλλ' ὅτις ἐσθλός.
ὅς μιν ἴδῃ, μέγας οὗτος ὃς οὐκ ἴδε, λιτὸς ἐκεῖνος. 10
3 οὐφόμενος ὁ Εκάρεργε, καὶ ἐστόμενος οὔποτε λιτοί.
μήτε σιωπηλὴν κιθαρινήν μήτε ἀψοφον ἔχνος
τοῦ Φοῖβου τοὺς παιδάς ἔχειν ἐπιδημήσαντος,

εἰ τελέειν μέλλουσι γάμον πολιτὸν τε κυρεῖσθαι,
έστηξεν δὲ τὸ τεῖχος ἐπ' ἀρχαίοισι θεμέθλοις. 15
5 ἡγασάμην τοὺς παῖδας, ἐπεὶ χέλυς οὐκ ἔτ' ἀργός.

Κατατροπά.

- 1 εὐφημεῖτ' ἀλούτες ἐπ' Ἀπόλλωνος ἀοιδῇ.
εὐφημεῖ καὶ πόντος, ὅτε κλείσουσιν ἀοιδοὶ
2 ἢ κιθαρίν ἢ τόξα, Δικιώρεος ἔντες Φοῖβου.
οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται αἴλινα μήτηρ 20
2 ὄππότ' ἡ ταῖην, ἡ παιῶν ἀκούσῃ.
καὶ μὲν ὁ δακρύσις ἀναβάλλεται ἀλγεα πέτρος,
2 ὅστις ἐνὶ Φρυγίῃ διερὸς λίθος ἐστρίκται. 23

Μετακατατροπά.

- 1 ίν, ιὴ φθέγγεσθε· κακὸν μακάρεσσιν ἐρίζειν. 25
δὲ μάχεται μακάρεσσιν, ἐμῷ Βασιλῆι μάχοιστο.
2 ὅστις ἐμῷ Βασιλῆι, καὶ Ἀπόλλωνι μάχοιστο.
τὸν χορὸν ὀπόλλων, ὅτε οἱ κατὰ θυμὸν ἀείδῃ
2 τιμήσει· δύναται γάρ, ἐπεὶ Διὶ δεξῖος ἥσται.
οὐδὲ ὁ χορὸς τὸν Φοῖβον ἐφ' ἐν μόνον ἡμαρτίᾳ 30
2 ἔστι γάρ εὔημνος. τίς ἀν οὐ ρέα Φοῖβον ἀείδοι;

Ομφαλός.

- χρίσεα τώπόλλωνι τό τ' ἔνδιτον ἢ τ' ἐπιπορπές
ἢ τε λύρη τό τ' ἀειμα τὸ Λύκτιον ἢ τε φαρέτρη,
χρύσεα καὶ τὰ πεδίλα· πολύχρυσος γάρ Ἀπόλλων,
4 καὶ τε πολυκτέανος· Πυθῶνί κε τεκμήριο. 35
καὶ μὲν δεῖ καλὸς καὶ ἀεὶ νέος οὐποτε Φοῖβου
θηλείαις οὐδὲ ὅστον ἐπὶ χύσος ἥλθε παρειαῖς.
3 αἱ δὲ κόμαι βισέντα πέδω λείθουσιν ἔλαια.
οὐ λίπος Ἀπόλλωνος ἀποσταλουσιν ἔβειραι,
ἀλλ' αὐτὴν πανάκειαν, ἐν ἀστεΐ δ' ὡς κεν ἐκεῖναι 40
3 πρῶκες ἔραζε πέσωσιν, ακήρια πάντ' ἐγένοντο.
τέχνη δ' ἀμφιλαφής οὐ τις τόσον, ὅστον Ἀπόλλων
κείνος ὁστευτὴν ἔλαχ' ἀνέρα, κείνος ἀοιδόν,
κείνου δὲ θριαὶ καὶ μάντιες ἐκ δὲ νυ Φοῖβου 45
4 ἵπτροι δεδάστιν ἀνάβλησιν θανάτοιο.
Φοῖβον καὶ Νόμιον κακλόσημεν εἶζετι κείνου,
εἶζοτ' ἐπ' Ἀμφροστῷ Ζευγίτιδας ἔτρεφεν ἵππους,
3 ηιδέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοι. 50
ρεῖά κε θουβόσιον τελέθοι πλέον, οὐδέ κεν αἴγες
δεύοιντο θρεφέων ἐνιμηλάδες, ἥσιν Ἀπόλλων
Βοσκομένης ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν οὐδὲ ἀγάλακτες

- οῖς οὐδ' ἄκυθοι, πᾶται δέ κεν εἶν *Ὕπαρνοι.*
 5 ή δέ κε μουνοτόκος διδύμητόκος αἵψα γένοιτο.
Φοίβω δ' ἐσπόμενοι πόλιας διέμετρήσαντο 55
 ἀνθρωποι· Φοίβος γάρ δεὶ πολιέσσοι φιληδεῖ
 3 κτίζομένης, αὐτὸς δὲ θεμείλια Φοίβος ύφανει
 τετραέτης τὰ πρῶτα θεμείλια Φοίβος ἔπιξε
 καλῇ ἐν Ὁρτυγίᾳ περιηγέος ἐγγύθι λίμνης.
 Ἀρτεμις ἀγράτσουσα καρήπατα συνεχές αἰγῶν 60
 Κυνθίαδων φορέεσκεν, ὁ δ' ἐπλεκε *Βαμόν* Ἀπόλλων
 5 ἐκ κεράνων, κερασὶ δὲ πέριξ υπεβάλλετο τοίχους. 63
 Φοίβος καὶ *Βαθύγειον* ἐμὴν πόλιν ἔφρασε *Βάττῳ*,
 καὶ Λιθύην ἐσίοντι κόραξ ἡγύσατο λαῶ,
 δεξιὸς οἰκιστήρ, καὶ ρώμοσε τείχεα δύσειν
 4 ἡμετέροις *Βασιλεῦσιν* δεὶ δ' εὔορκος Ἀπόλλων.
 ἀπολλοι, πόλλοι σε *Βοηδρόμιον* καλέουσι,
 πόλλοι δὲ *Κλάριον* πάντη δέ τοι οὐνομα πουλιό.
 3 αὐτὰρ ἐγὼ *Καρυεῖον* ἐμοὶ πατρώιον οῦτα. 70
Σπάρτη τοι, Καρυεῖ, τόδε πρώτιστον ἔδεθλον,
 δεύτερον αὖ Θήρη, τρίταν γε μὲν ἄστυ *Κυρήνης*.
 ἐκ μὲν σε *Σπάρτης* ἑκτὸν γένος Οἰδιπόδαο
 ἥγαγε *Θηραίνη* ἐς ἀπόκτισιν ἐκ δέ σε Θήρης 75
 5 οὐλὸς Ἀριστοτέλης Ἀσβυστίδι πάρθετο γαῖη.
 δεῖμε δέ τοι μάλα καλὸν ἀνάκτορον ἐν δὲ πόληι
 δῆκε τελεσφορίν ἐπετήσιον, γε ἐνι πολλοὶ
 3 υστάτιον πίπουσιν ἐπ' ισχίον ὡς ἄνα ταῦροι.
 ἵ ἵ *Καρυεῖ* πολύλλιτε, σεῖο δὲ *Βαμόι* 80
 ἀνθεα μὲν φορέουσιν ἐν εἴαρι, τόσσα περ ὥραι
 ποικίλ' ἀγνεῦσι *Ζεφύρου* πνέουσις ἐέρσην,
 χείματι δὲ κρόκοις ἡδίν· αἱ δέ τοι αέναον πῦρ,
 5 οὐδὲ ποτε χθῖζὸν περιβόσκεται ἀνθρακα τέφρη.
 ή ρέχαρη μέγα Φοίβος, ὅτε *Ζωτῆρες* Ἔνυοῦς, 85
 ἀνέρες ὠρχίταντο μετά *Ξανθῆς* Λιθύσσαις,
 τέθμιαι εὗτέ σφιν *Καρυειάδες* ἥλυσθον ὥραι.
 οἱ δ' οὐπώ πηγῆσι *Κύρης* ἐδύναντο πελάσσαι
 5 *Δωρίες*, πυκινὴ δὲ γάπαις *Ἄζιλιν* ἔναιον.
 τοὺς μὲν ἄναξ ἵδεν αὐτίς, ἐη δ' ἐπεδεῖξατο νύμφη 90
 στάς ἐπὶ *Μυρτουόντης* κεραύδεος. Ἡχι λέοντα
 3 *Τυφής* κατέπεφυε, βοῶν σίνιν *Εύρυπύλοιο*.
 οὐ κένου χορὸν εἶδε θεώτερον ἄλλον Ἀπόλλων,
 οὐδὲ πόλει τόσ' ἔνειμεν διφέλτιμα, τόσσα *Κυρήνη*,
 μνιώμενος προτέρης ἀρπακτύος. οὐδὲ μὲν αὗτε 95
 4 *Βαττιάδαι* Φοίβου πλέον θεὸν ἄλλον ἔτισαν.

ἵντις παιῶν ἀκούομεν, οὐνεκα τοῦτο
Δελφός τοι πρώτιστον ἐφύμνιον εὗρετο λαός,
3 ἡμος ἐκηβολῆν χρυσέων ἐπεδίκυνυστο τόξων.

Πινθό τοι κατίστητο συνήντετο δαιμόνιος θύρ,
100
αἰνὸς ὄφις. τὸν μὲν σὺν κατήναρες ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
βαλλων ἀκίνην διστόν· ἐπηύτησε δὲ λαός
ἵντις παιῶν, ἵει βέλος εὐθύ σε μήτηρ
5 γείνατ' ασσητῆρα τὸ διέζετι κείθεν δεῖδη.

ΣΦραγίς.

6 Φθόνος Ἀπόλλωνος ἐπ' οὐατὶ λάθριος εἶπεν,
105
2 οὐκ ἀγαμαι τὸν δοιδόν, ὃς οὐδὲ ὅτα πόντος μεῖδει.
τὸν Φθόνον ὠπόλλων ποδί τ' ἥλασεν ὥδε τ' ἔειπεν,
'Αστυρίον ποταμοῦ μέγας ρόος, ἀλλὰ τὰ πολλὰ
λύματα γῆς καὶ πολλὸν ἐφ' ὕδατι συρφετὸν ἔλκει.
Δηοῖ δ' οὐκ ἀπὸ παντὸς ὑδευς φορέουσι μέλισσαι,
110
ἀλλ' ἡτις καθαρή τε καὶ ἀχράντος ἀνέρπει
6 πίδακος ἐξ ιερῆς ὀλύμη λιθάς, ἄκρον ἀντον.

Ἐπίλογος.

1 χαῖρε ἄναξ, ὁ δὲ Μᾶμος, ἵν' ὁ Φθόνος, ἔνθοι νέοιτο.

Postquam autem hae nomi partes argumento facta inventae sunt, hanc divisionem rectam esse efficitur etiam eo, quod cujusque partis initium aut dei nomine aut exclamatio notatum est, ut

- vs. 1 οὖν ὁ τῷ πόλλων ἐτείσατο δάφνιος ὄρπηξ
- „ 9 ὠπόλλων οὐ παντὶ φαείνεται.
- „ 17 εὐφημεῖτ' δίοντες ἐπ' Ἀπόλλωνος δοιδῷ.
- „ 25 ἵντις φθέγγεσθε.
- „ 32 χρύσεα τῷ πόλλωνι τὸ τ' ἐνδυτὸν ἢ τ' ἐπιπορπίς.
- „ 105 ὁ Φθόνος Ἀπόλλωνος ἐπ' οὐατὶ λάθριος εἶπεν.
- „ 113 χαῖρε ἄναξ.

Neque vero solum initio cujusque partis, sed etiam in omphalo primo particulae cujusque versui nomen aut cognomen dei signo est, ut in vss. 36. 39. 42. 47. 55. 58. 65. 69. 72. 80. 85. 90. 93. 107. Eodem respicit vs. 97, qui exclamatio ἵντις παιῶν ἀκούομεν elucet. Etsi autem initia duarum particularum nomine dei ipso carent, tamen in iis pronomen possessivum invenitur,

vs. 77 δεῖμε δέ τοι μάλα καλὸν ἀνάκτορον.

„ 100 Πινθό τοι κατίστητο συνήντετο δαιμόνιος θύρ.

Denique ut vs. 50 commemorem, neque nomen, neque cognomen dei, neque pronomen possessivum in eo exstat, sed in versu sequente et quidem eadem in enunciatione, cuius pars vs. 50 est, Apollinis nomen non desideratur. Quum igitur partes singulae a poeta non solum argumento, sed etiam forma exteriore significata sint, quis est, qui dubitet, quin hoc carmen quadripartitum sit et 1) ἐπαρχά et μεταρχά, 2) κατατροπά et μετακατατροπά, 3) ὄμφαλός, 4) σφραγίς et ἐπίλογος in eo inveniantur? Sed simili ratione hymnus quoque in Cererem, ad quem nunc transeo, divisus est.

II. Hymnus in Cererem.

Ut in ea parte hymni in Apoll., quae ἐπαρχά vocatur, quibus solemnibus dei adventus celebrandus sit, explanatur, sic in prioribus novem hujus hymni versibus, quomodo mulieres

procedente calatho se gerere debeant, dicitur. Omnia autem hoc die Cereris festo vitanda esse, quibus in deae memoriam id tempus revocari possit, quo esuriens et sitiens ad filiam quaerendam orbem terrarum pervagata sit. Itaque dea hoc die a mulieribus pinguis et frumento abundans vocanda est (vss. 1—2).*) Sed quamobrem poeta, ut calathus humi, neve desuper a profanis aspi-ciatur, postulat? Existimo, quod, si quis calathum Cereris muneribus expletum desuper contueatur, is deae munera contempnere vel despicere videatur. Quid vero vss. 5 et 6 velint, recte a Schneidero pag. 368 indicatur. Sunt enim solemnibus arcendae eae, quae jejuna sunt et quarum comae libere vagantur, „ne ejus temporis dea admoneatur, quo et ipsa jejuna per totam terram quae siverit filiam et dolore percita ob amissam filiam“ comas dissolutas habuerit. Similiter autem sacra vespera agenda sunt, quia hoc diei tempus solum Cereri persuasit, ut biberet. Quae quum ita sint, ἐπαρχία dividitur in vss. 2. 4. 3:

vs. 1 — 2 = 2 Ceres pinguis et frumento abundans vocanda est.

vs. 3 — 6 = 4 Caerimoniae in pompa observandae describuntur.

vs. 7 — 9 = 3 Sacra vespera sunt agenda.

Sequitur μεταρχία, quae vss. 10—16 complectitur; namque hic sententiam novam proferri, uno versu 17 μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες, ἀ δάκρυον ἄγαγε Δῆοῖ satis indicatum est. Quo spectet haec pars, recte a Schneidero pag. 370 his dictis significatur: „Quum poeta monuissest calathum ne eas quidem cernere debere mulieris initias, quae jejuna essent et incomptae, hujus edicti ipse causam apposuit vs. 10 seq., quod quum Ceres filiam quaereret, totum peragraret orbem jejuna et incompta.“ Tribus autem versibus 10—12 narrat poeta, deam jejunam usque ad fines orbis terrarum extremos, ad solis occasum, ad ortum, ad Hesperidas pervenisse, quas Callimachus Aeschylum, Pherecydem, alias secutus ad Hyperboreas, ad septentrionem referre videtur, cf. Preller, Griech. Myth. II, 149. Sed quid dicit poeta versibus sequentibus? Quum enim ex vs. 15 nihil nisi τρὶς δ' ἐπὶ καλλι in codicibus fidissimis supersit, probabile aliquid restituendum difficile est; itaque lacuna a criticis diversis diversis modis expleta est, quas conjecturas hic praetermittit, quippe quae e Schneideri Callimacheis peti possint. Mihi quidem emendationum allatarum nulla placet et quid de loco corrupto cogitem, dicam. Poeta enim postquam finium extremorum, ad quos dea vagaretur, tribus vss. 10—12 mentionem fecit, versibus sequentibus errores deae intra illos fines accuratius descriptsse videtur, ut in hym. in Ap. 47—54, ibid. 97—104 sententiam ternis versibus praemissam quinis amplificavit. Ut vero poeta eodem modo hic egerit, efficitur vss. duobus 13 et 14:

τρὶς μὲν δὴ διέβας Ἀχελώιον ἀργυροδίναν,

τοσσάκη δὲ δενδάνω ποταμῶν ἐπέρασας ἔκαστον

Fluvii igitur, quos dea transierit, commemorantur et Achelous, de quo plurimae fabulae inter Graecos diffusae erant, seorsim dicitur. Neque vero solum fluvios, sed etiam terras vel urbes, quas dea viserit, a Callimacho usurpatas esse puto, id quod versibus duobus factum esse potest, quorum prior τρὶς δ' ἐπὶ καλλι, posterior ut vs. 14 τοσσάκη exorsus erit. Sed ut fluviorum unus, Achelous fabulis ditissimus vs. 13 dictus est, sic in versu τρὶς δ' ἐπὶ καλλι urbem fabulis ditissimam dictam esse verisimile est. Quae vero majore jure hic adduci potuit, quam Enna, Siciliae urbs, quo poetae posteriores Proserpinæ rapinam retulerunt? Quae quum ita sint, a codice O nisi verba, sententia tamen Callimachi recte tradita esse videtur

τρὶς δ' ἐπὶ καλλίστης νήσου δράμες ὁμφαλὸν Ἔνναν

*) Inuria, ut mihi quidem videtur, in vs. 2 et 120 vox tradita πολύτροφε a Dindorf. in Thes. Paris. VI p. 1445 et a Schneidero, quem secutus est Meinekius, mutata est in πολυτρόφε. Nam quomodo Ceres hoc loco πολυτρόφος „nutriendi“ vocari possit, non intelligo; sed potius Ceres pinguis (πολύτροφος) Cereri esurienti (αἰσταλία in vs. 16) consulto a poeta opposita est. Atque etiam vox πολυμέδιμος vel ποιλυμέδιμος a Passovio (cf. in lex. hanc vocem) non recte videtur esse translata „viel Getreide spendend“ i. e. „multum frumentum dispertiens,“ sed ut πολύσιος „vino abundans,“ ita ποιλυμέδιμος „frumento abundans“ est.

esse, et in versu sequente, a voce τοστάνι ordiente totidem deam in ceteras urbes venisse dictum esse potest. Unde autem versus a pluribus codicibus hoc loco allatus et a Bentleio sic mutatus:

τρίς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ χαμόδις ἐμβίσσος φρητί

manaverit? E vestigiis, credo, illius versus τρίς δ' ἐπὶ καλλίστης νήσου κ. τ. λ. et tertii, quem Naekius Opusc. II. pag. II., cui Schneidewin. et Meinek. assensi sunt, a schol. Clement. Alex. Tom. V. pag. 101 ed. Klotz. repetiit et sic emendavit:

Καλλιχόρῳ δ' ἐπὶ φρητὶ καθέζεο παιδὸς ἀπυτος,

quocum vs. sequens αὐταλέα ἀποτός τε, καὶ οὐ φάγες οὐδὲ λοέσσω

bene conjungitur. „Postquam dea ter totum terrarum orbem peragravit, ad fontem Callichorum eōnsedit esuriens et sitiens; sed quamquam quum frusta filiam quaeri intellexisset, erroribus destitit, tamen ne tum quidem edit et lauta est.“ Respiciunt autem hi duo versus ad vs. 2, namque ne dea famis et sitis, quas tempore errorum tristi toleraverit, reminiscatur, a mulieribus πολύτροφος et πουλυμεδίμνος vocanda est. Sed si de hac parte, quae μεταρχά vocatur, recte disserui, haec compositione exsistit: 3. 4. 2.

Μεταρχά.

πότνια, πῶς σε δύναντο πόδες φέρεν ἔστ' ἐπὶ δύθιδάς, 10

ἔστ' ἐπὶ τὰς μέλανας καὶ ὅπα τὰ χρύσεα μᾶλα;

3 οὐ πίες οὐτ' ἄρ' ἔδεις τῆνον χρόνον, οὐδὲ λοέσσω.

τρίς μὲν δὴ διέβας Ἀχελώιον ἀργυροδίναν,

τοστάνι δ' αἰενάν ποταμῶν ἐπέρασας ἔκαστο,

τρίς δ' ἐπὶ καλλίστης νήσου δράμεις ὄμφαλὸν Ἔνναν, 15

4 τόστακι — — — — —

Καλλιχόρῳ δ' ἐπὶ φρητὶ καθέζεο παιδὸς ἀπυτος,

2 αὐταλέα ἀποτός τε, καὶ οὐ φάγες οὐδὲ λοέσσω.

Sed poeta quum erroribus deae commemoratis legem, ne quis hoc die festo tempus infortunatum revocaret, ipse neglexisset, in parte sequente se ipsum corredit versus 17

μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες, ἀ δάκρυον ἀγαγε Δνοῖ.

Sed si hanc partem, quae κατατροπά est, cum eadem in hym. in Ap. comparamus, magnam duarum similitudinem invenimus. Ut enim illic postulatur, ut Apollinis cantu incepto cetera sileant, ita hic, ne ea quae Cereri lacrimas moveant, cantet, poeta se ipsum monet, et in utroque hymno ab uno versu κατατροπά orditur. Sed singula tractemus. Postquam uno versu, ne ingrata Cereri canerentur, poeta vetuit, versibus sequentibus, quid dea audire malit, docet et versibus quatuor, quae munera dea, legum auctor et agriculturae magistra, hominibus tribuerit, vss. duobus quas poenas a contemptoribus suis petiverit, attingitur ita, ut κατατροπά hanc compositionem praebeat: 1. 4. 2.

Quum autem poeta de potestate deae imprimis agere velit, in parte sequente ad id, quod molitur, transit. Itaque uno vs. 25 loco, quo res factae sint, commemorato lucus, quem Pelasgi deae sacrificaverint, vss. duobus leviter, quatuor subtiliter describitur, unde haec compositio hujus partis, quae μετακατατροπά vocatur, colligitur: 1. 2. 4.

Jam vero ad eam partem, quae ὄμφαλός vocatur, venimus, in qua vss. 32—118 amplectente Erysichthonis fabula narratur. Haec autem pars binis versibus (32 seq. et 117 seq.) concluditur, quorum argumentum respondet, sive in vs. 118 id quod libri habent κακογέτονες, sive id quod Meinekius conjectit et quod mihi quidem propter responsionem severioreum magis placet, κακοδαίμονες legimus. Dicit enim poeta in prioribus versibus (32 seq.), deum sinistrum Erysichthoni iratum esse, et in extremis (117 seq.), eum, qui deae invisus sit, semper ipsi quoque invisum esse futurum pollicetur. Itaque ὄμφαλός his versibus arcta continetur. Neque vero versus immissi symmetria carent.

Quatuor autem particulae in Erysichthonis fabula distinguuntur, quarum prima (34—57) scelus, secunda (58—72) poenam Erysichthonis, tertia (73—94) matris dissimulations, quarta (95—116) patris Triopae preces ad Neptunum et fabulae finem praebet. Prima autem particula hoc modo dividitur:

- 34 — 37 = 4 Erysichthon socios eligit et securibus bipennibusque armat.
38 — 40 = 3 Populum in Cereris luco caedit.
41 — 45 = 5 Ceres mutatur in Nicippam
46 — 50 = 5 et Erysichthonem admonet.
51 — 53 = 3 Erysichthon Cererem oculis truculentissimis aspicit,
54 — 57 = 4 Cererem illudit eique minatur.

Et similiter Erysichthonis poena vss. 58—72 depingitur:

- 58 — 61 = 4 Ceres in deae farmam reddit et Erysichthonis socios fugat
62 — 68 = 7 Virum improbum fame assidua afficit.
69 — 72 = 4 Morbi descriptio.

Particula autem sequente, quae vss. 73—94 complectitur matris dissimulations et filii macies hac ratione eduntur:

- 73 — 76 = 4 Parentes, ne filium ad convivia mittant, verentur.
77 — 83 = 7 Duobus exemplis, quid mater sollicita praetendat, ostenditur.
84 — 87 = 4 Etiam in aliis solemnibus ac conviviis filius a matre dissimulatur.
88 — 94 = 7 Interea domi fame excruciat et macescit.

Jam venimus ad particulam quartam, de qua plura, quam de prioribus dicenda sunt. Quo diligentius filii morbus a parentibus dissimulatur, eo magis maenor Erysichthonis a dea vehementer puniti crescit. Lamentantur et lacrimant mater et sorores et servae; atque etiam Triopas pater filii morbum dolet, sed quum viri sit, non tam querelis inutilibus se dedere, quam de mali remedio cogitare, patrem Neptunum precibus adit. Quae in versibus quatuor prioribus poeta dicit. Sequntur autem preces patris ipsae, quae ab editoribus usque ad vs. 111 porrige solent. Versus autem septem, a quibus precatio incipit, (99—105) non offendunt. Postquam enim Triopas Neptunum patrem invocavit et ad originem divinam provocavit et malum a dea immissum protulit, versu 104 seq. deum obsecrat et obtestatur, ut filium aut malo liberet, aut ipse satiet, „nam,“ inquit, „meae defecerunt mensae!“ Id quod amplificatur versibus sex, sed quomodo? Postquam stabula armentis vacua esse dictum est, poeta pergit *ηὸν γὰρ ἀπηρίσαντο μάγειροι*. In his vitium latere primus Meinekius suspicatus *ἀπηρίσαντο* edidit, quum Bergkius in ind. schol. Hal. 18⁴⁴/₆₅ pag. 6 *εὐδὲν γὰρ ἀπηρίσαντο* conjiceret; Schneiderus autem l. a. pag. 391 traditum vult servare eo, quod „ad verbum *ἀπηρίσθαι* esse μέ supplendum sive potius id ex praecedenti *μοι* vs. 106 assumendum“ putat et vertit „jam enim a se coqui me rejecerunt vel jam enim coqui me destituerunt.“ Quae vocis *ἀπαρνεῖσθαι* significatio, quippe quae in h. Del. 100 exstet, quamvis non offendat, tamen vir doctus hunc locum non prorsus recte interpretatus esse videtur. Audias, quae so, quo ordine quadrupedes a coqui mactati numerentur; primum enim muli, deinde vacca, quae Vestae alebatur, tum equus curulis bellicusque, denique felis memorantur. Num Callimachum, qui semper semperque venustati et elegantiae maximae carminum studuerit, et cuius ars cum a Graecis, tum a Romanis poetis maxime aestimata sit, hoc ordine inepto usum esse credamus? Minime gentium. Sed quum ab Erysichthone vaccam deae immolandam equis curulibus bellicisque jam devoratis consumptam esse et prius animalia minus utilia quam necessaria comesa esse putandum sit, vaccam post equos commemoratam, et hos mulis ad plastra trahenda destinatis praepositos fuisse persuasum mihi habeo. Sententia autem versu 110 post versum 107 collocato venuste praecedit: „Jam coqui non solum equum curulem bellicumque negaverunt, sed etiam mulos a magnis plastris solverunt,“ ita ut a verbo *ἀπηρίσαντο* vel *ἀπαρνήσαντο*,

quae forma dorica a Schneidero restituta est, accusativi καὶ τὸν ἀεθλοφόρον καὶ τὸν πολεμίον ἵππον regantur. Jam vero Bergkius de versibus trajiciendis cogitavit, sed versum 110 post vs. 108 collocare voluit, quum sententia illum versum post vs. 107 desideret. Sed ut omnino dicam, quid de hoc loco cogitem, Triopae orationem versibus

ἢδη γὰρ ἀπαρνήσαντο μάγειροι
καὶ τὸν ἀεθλοφόρον καὶ τὸν πολεμίον ἵππον,
ἀλλὰ καὶ οὐρῆς μεγαλῶν ὑπέλυσαν ἀμαξῖν

finitam esse suspicor. Tum denique, quum Triopas a deo non adjutus erat, filius vaccam Vestae sacram et feles fastidiosas devoraverit. Itaque Triopas inopiam versibus quatuor 106, 107, 110, 108 explanat. Hoc autem loco patris preces subsistere et narrationem vs. 109 progredi, cum subjecti mutatione et matris nomine addito, tum versu 111 satis indicatur; nam postquam Triopas versu 106 seq. his dictis usus est: *κενεάλ δέ μοι αὖλις ἢδη τετραπόδων*, versus 111 ei non jam tribui potest, nisi quis feles in eorum animalium numero, quae in stabulis aluntur, ducat. Particula igitur hujus narrationis extrema versu 110 praeposito septem vss. 109—116 amplectitur, qui vss. duobus 117 seq. excipiuntur, de quibus jam supra dictum est. Hanc vero partitionem omphali a poeta, neque a me factam esse efficit eo, quod ea, quibusunque de Erysichthone agitur, versibus septem narrantur, ut 34—40, 51—57, 62—68, 88—94, 109—116 excluso versu 110.

Sed transeamus ad eam partem, quae σφαγίς vocatur et inde a vs. 119 usque ad vs. 134 patet; nam initium partis novae exclamatio in vs. 135 χαῖρε θεά (cf. hym. in Ap. 113 χαῖρε ἄναξ) perlucidum est. Argumentum autem hujus partis ad prooemium hymni recedit; nam illic atque hic pompa solemnis enucleatur. In vs. 119 initio plures codices et omnes editores praebeant εἴπατε, quod Schneiderum offendit. „Nam,“ inquit, „quid tandem canant vel dicant virgines, huic ut mox accincent mulieres? mirum ni ipsum illud Δάματερ μέγα χαῖρε κ. τ. λ. Haec autem verba cur tandem virgines quidem jubentur praeire, sed acclamare his mulieres, non contra?“ Num autem virgines canunt vel dicunt nihil nisi illud Δάματερ μέγα χαῖρε κ. τ. λ.? Mihi quidem virginum cantus potius usque ad vs. 128, quo Meinekius recte πατείμεσθα pro παταίμεσθα propter idem tempus in vs. 124 seqq. scripsit, porrectus esse videtur. Cujus testes sunt inclamatio deae in vs. 122 et persona altera, qua poeta in vs. 124 usus est. Prioribus autem sex versibus 119—124 evolvitur, equis quatuor albis calathum vehentibus quatuor anni tempora exprimi, sequentibus versibus quatuor 125—128 mulieres ut illo die festo sine calceis et vittis per urbem procedere, quae incolumitatis signa sint, sic semper pedes et capita salva habere, et ut canistra auro plena esse, sic semper sibi aurum copiosum esse, poeta cupit. Sex autem vss. 129—134 quoisque quisque in pompa progrediatur, dicitur. Divisio igitur hujus partis, ut tradita est a codicibus, est 6. 4. 6; sed sana esse non videtur; nam etsi poeta, quid equi albi calathum vehentes significant, indicat, tamen calathum ipsum non interpretatur. Si quidem in verbis vs. 124 ἔτος δ' εἰς ἀλλο φυλαξεῖ profecto id, quod Ernestius versione „et ejus (scil. autumni) copias in alium annum servabitis“ intrusit, positum esset, nihil desideraretur. Sed quum autumnus (φθινόπωρον) pro ejus copiis dici non possit, illa verba Meinekius sic interpretatur: „Felicia praesentis anni tempora etiam in posterum nobis praestabis.“ Hac vero ratione quid calathus velit non endatur et poeta idem quod in praecedentibus dicit, quibus deam felicia anni tempora laturum esse (vide futurum ἥζει) sperat. Itaque post vs. 124 unius versus lacuna esse mihi videtur, quo copiae, quas dea in posterum annum servet, additae fuerint. Quod si recte suspicatus sum, septem versibus equos quatuor albos et calathum poeta interpretatus est. Sequentur jam quatuor versus, de quibus supra dixi, neque cur Schneiderus post vs. 127 lacunae signa posuerit, intelligo. Sed versibus sequentibus 129 seqq. critici multum operae dederunt. Haec enim leguntur:

μέσφα τὰ τὰς πόλιος πριτανία τὰς ἀτελέστως
τὰς δὲ τελεσφορίας ποτὶ τὸν θεῦ ἀχρις ὄμαρτεῖν,
αἱ τινες ἐζήκοντα κατώτεραι.

Quam librorum scripturam emendavit Stephanus hoc modo τὰς ἀτελέστως τὰςδὲ τελεσφορίας; desideratur autem hac conjectura admissa mulierum initiatarum mentio, itaque Ernestius, quem Schneiderus in editione sua secutus est, scripsit τὰς δὲ τελεσφορέας, Meinekius τὰς δὲ τελεστιφόρως ποτὶ τὰν θεόν, quas conjecturas Bergkius in ind. schol. Hal. 18⁶⁴/₆₅ p. VII. refutavit. Idem vir doctus Stephani emendatione revocata scripsit

τὰςδὲ τελεσφορίας ποτὶ τὰν θεόν δ'ἀχρις ὄμαρτεῖν,

et mulierum initiatarum mentionem omissam esse, quum usus sit poeta figura, quae κατὰ τὸ σιωπώμενον dicitur. Sed quum haec dicendi figura a perspicuitate, quae aliquo in Callimachi hymnis iuvenitur, aliena esse videatur, Stephani et Bergkii emendationibus probatis arbitror, Schneiderum olim in Schneidewini Philol. VI. p. 556 rectum statuisse et post vs. 130 excidisse versum, quo poeta initiatas memoraverit. Atque si haec ita sunt, septem versibus poeta, quounque quodque mulierum genus pompam prosequatur, jubet, ut in hac parte, quae σφραγίς vocatur, exstet haec compositio: 7. 4. 7.

ΣΦΡΑΓΙΣ.

εἴπατε παρθενικαὶ καὶ ἐπιφθέγξασθε τεκοῖσαι,
“Δάματερ μέγα χαῖρε, πολύτροφε πουλυμέδιμε! 120

χώς αἱ τὸν καλαθὸν λευκότριχες ἵπποι ἄγοντι
τέσσαρες, ὡς ἀμὲν μεγάλα θεός εὐρυάνασσα
λευκὸν ἔαρ, λευκον δὲ θέρος καὶ χείμα φέροσα
ηὔει καὶ φθινόπαρον, έτος δ'εἰς ἄλλο φιλαξεῖ

7

ώς δ'ἀπεδίλωτοι καὶ ἀνάμπυκες ἀστυ πατεῦμες, 125
ώς πόδας, ως κεφαλὰς παναπηρέας ἐζόμες αἰσ.
ώς δ'αἱ λικνοφόροι χρυσῷ πλέα λίκνα φέροντι
4 ως ἀμὲν τὸν χρυσὸν ἀφειδέα πατεῦμεσθα.”

μέσφα τὰ τὰς πόλιος πριτανία τὰς ἀτελέστως
τὰςδὲ τελεσφορίας ποτὶ τὸν θεῦ δ'ἀχρις ὄμαρτεῖν, 130

αἱ τινες ἐζήκοντα κατώτεραι: αἱ δὲ βαρεῖαι
χάτις Ἐλειβυία τείνει χέρα χάτις ἐν ἀλγεῖ,
ώς ἀλις, ως αὐτῶν ἴκανὸν γόνν. ταῦτι δὲ Δηῶ
7 δωσεὶ πάντ' ἐπίμεστα, καὶ ως ποτὶ ηὖθον ἴκωνται,

Vides autem, hanc partem eodem versuum 18 numero constare, quo ἐπαρχά et μεταρχά, quum eadem pars hymni in Ap. tot versus, quot ἐπαρχά sola amplectatur. Interroget fortasse aliquis, cur poeta huic parti ambitum diversissimum tribuerit; respondeo, artis causa; nam quum in hymn. in Ap. omphalus tantummodo versibus septuaginta, in hoc hymno versibus octoginta septem constet, artis lege postulatur, ut hujus hymni exitus amplior, quam illius sit. Eandem ob causam ἐπίλογος illuc unum solum versum, hic quinque comprehendit. Deam enim invocatam poeta pro urbis concordia et felicitate, pro agrorum fertilitate, pro salute sua ipsius orat.

Sed etiam in hoc hymno priori aut alteri partium singularum versui nomen deae additum est, ut priori in vs. 10, 17, 135, alteri 2, 26, 120. Neque hanc notam exteriorem poeta in parte primaria, quae ὄμφαλός dicitur, quod, ut jam supra dixi, ea quae ad Erysichthonis malum spectant, septenis versibus narrare maluit.

III. Hymnus in lavaerum Minervae.

Quum in duobus hymnis in Ap. et Cer. νόμων partitio et in septem partibus versuum symmetria inveniatur, hic hymnus in lav. Min., qui distichis scriptus est, quamquam non νόμων partitio, tamen versuum symmetria caret. Itaque satis erit, septem hujus hymni partes breviter annotavisse. In priore autem parte, quae ἐπαρχά dicitur, poeta lotrices Minervae, quum dea modo adventura sit, exire jubet (vss. 1—12), quem jussum repetit in parte secunda, quae μεταρχά vocatur, addens, ne oleum et pectinem relinquant (vss. 13—32). Postquam autem in parte sequente, quae κατατροπά vocatur, Minervam ad egrediendum poeta exhortatus est, quum jam virgines, quae eam comitentur, adsint (vss. 33—42), in parte quarta (μετακατατροπά) hanc provocationem iterat (vss. 43—54), atque quum dea moram faciat, in omphalo fabulam Tiresiae visu privati narrat (vss. 55—136). Denique exit Minerva in parte sexta, quae σφραγίς vocatur (vss. 137—140), et a poeta in epilogo (vs. 141 seq.) invocatur. Quarum partium initia in hoc quoque hymno deae nomine ornata sunt, ut

- vs. 1 ὅστις λατροχόοις τᾶς Παλλάδος, ἔχετε πᾶται.
" 33 ἔχετε Αθανάτα.
" 43 ἔχετε Αθανάτα.
" 55 πότνι Αθανάτα.
" 137 ἔρχετε Αθανάτα.

Exclamatio autem exstat in

- vs. 13 ὦ ιτ' Αχαιαδές.
" 141 χαῖρε.

IV. Hymnus in Jovem.

Non omnes Callimachi hymnos ut in Ap., Cer., lav. Min. quadripartitos esse, demonstratur hymno in Jovem, qui tripartitus est; nam quamquam ἐπαρχά, μεταρχά, ὄμφαλός, ἐπίλογος inveniuntur, tamen κατατροπά, μετακατατροπά, σφραγίς desunt; neque vero versuum symmetria desideratur. Sed singula tractemus.

Poeta postquam tribus versibus prioribus nihil aliud in Jovis sacrī magis, quam deum ipsum canendum esse, dixit, in vs. 4 seq., utrum Dictaeus an Lycaeus Jupiter vocandus sit, quippe patria ambigua sit, in dubio est. Habemus igitur in parte prima, quae ἐπαρχά est, hanc partitionem: 3 + 2.

Qua dubitatione in parte secunda poeta liberatur. Nam quum in vs. 6 seq. sententias hominum, quorum alii Jovem in Creta, in montibus Idaeis, alii in Arcadia natum esse credunt, poeta proferat, versibus duobus sequentibus assentitur Arcadibus diligenter secum recordatus, Cretenses semper mendaces esse, quippe qui adeo Jovis nunquam mortui sepulcrum struxerint. Itaque ἐπαρχά versibus tribus et duobus, μεταρχά bis duobus versibus constat. Sed si quis easdem partes in hym. in Ap. sic compositas esse: 5 + 3 et 3 + 5, et in hym. in Cer. sic: 2 + 7 et 7 + 2 reputat, compositionem similem in hoc hymno suspicabitur: 3 + 2 et 2 + 3. Itaque post vs. 9 unius versus lacunam esse puto. Neque vero hic versus perditus, sed librariorum errore transpositus esse mihi videtur; nam vs. 65, qui eo loco, quo nunc legitur, ferri non potest, post vs. 9 non modo neminem offendit, sed sententiae aptissimum est:

Κρήτες αἱ Φεύσται: καὶ γὰρ τάφον ὁ ἄνα τεῦ	8
Κρῆτες ἐπεκτίγαντο: σὺ δ' οὐ θάνες: ἐστι γὰρ αἰεί.	9
Ψευδόμην αἴοντος ἡ κεν πεπίθοιεν ἀκουνή.	65

In omphalo, qui nunc sequitur, a vs. 10 usque ad vs. 90 porrecto Jovem in Arcadia natum, in Creta educatum, vi et robore rerum potitus esse, reges clientes elegisse tribus particulis poeta narrat, quarum prima vss. 10—45, secunda vss. 46—78, tertia vss. 79—90 continet. Sed ut proprius

ad particulam primam contemplandam accedam, versibus quinque (10—14) locus Arcadiae, quo Jupiter natus est, describitur, tredecim Rhea fluvium, in quo infantem lavet, frustra scrutatur. — Neque vero argumentum explicare prius pergere possum, quam quid de vss. 35 seq. cogitem, exposui. Leguntur enim in libris:

*πρεσβυτάτη νυμφέων, αἵ μιν τότε μαιώσαντο,
πρωτίστη γενέῃ, μετά τε Στύγα Φιλύρη τε.*

Quorum versuum posterior pluribus vitiis laborat. Violatur enim metrum in *μετά τε Στύγα Φιλύρη τε*, quum syllaba prima in voce Φιλύρην falso producatur, violatur usus dicendi, ut Meinekius „recte quidem,” inquit, „dicitur πρωτίστη γενέῃ, pariter ut in secundo quartoque casu πρωτίστης γενέῃ et πρωτίστην γενέῃ; at dativo, ubi opus erat, nou credo quemquam πρωτίστη γενέῃ dicturum fuisse.“ Huc accedit, quod πρωτίστη γενέῃ in vs. 36 nihil nisi repetitio vocis πρεσβυτάτη in versu praecedente est. Quae quum ita sint, critici huic versui conjecturis diversis subvenire conati sunt, quarum nullas nisi Meinekii et Schneideri commemorabo. Quorum virorum doctorum ille πρεσβυτάτη γενέντι μετά γε Στύγα τε Φιλύρην τε scribendum, aut duos versus in hunc unum πρεσβυτάτη νυμφέων μετά γε Στύγα τε Φιλύρην τε conjungendos, aut alterutrum versum a docto interpolatore adjectum esse censuit. Sed priores duae conjecturae propter productionem particulae τέ admissam ante Φιλύρην probari non possunt; nam si vocabulum praegrediens in vocalem brevem exit, sequens autem a consona incipit, syllaba brevis nunquam nisi ante literas liquidas a Callimacho producitur, et ne ante consonas κ et σ quidem, id quod Schneiderus p. 146 existimat. Aliam autem viam incedit hic vir doctus; nam scribit πρωτίστη γενέῃ idque ad αἱ refert et ut productionem particulae τέ ante Φιλύρην vitet, commendat μετά τε Στυγίν Φιλύρην τε et νύμφην ad Στυγίν mente supplet; sed quum πρωτίστη γενέῃ proxime praecedat, omnis non tam νύμφη, quam γενέντι subaudiet. Nulla omnino conjectura hic versus sanandus, sed ut jam Heckerus in commentt. Call. p. 127 fecit, delendus est. Prior autem interpres notionem πρεσβυτάτη νυμφέων glossemate πρωτίστη γενέῃ vel γενέῃ illustraverit, alter annotatione μετά Στύγα Φιλύρην τε circumscriperit. Tum vero Rhea versibus tredecim fontem prosilire jubet. Praeterea autem in vs. 42 consistimus et recte „quis,” inquit Meinekius, „laudet orationem sic procedentem: Rhea natum in Arcadia puerum Nedae tradidit Cretam ferendum; postquam autem Thenas reliquit puerum a Gnoso ferens, decidit illi umbilicus. Non inepte igitur conjicias inter 41 et 42 excidisse nonnullos versus, quibus nympham Cretam venisse dictum erat.“ Evidem inter 41 et 42 lacunam a Meinekio recte indicatam esse, sed non tam nonnullorum versuum, quam unius puto. Sed si res sic se habet, nymphae iter quinque versibus describitur, ut in particula prima haec compositio exstet: 5. 13. 13. 5.

vs. 10 — 14 = 5 Jupiter in Arcadia nascitur.

„ 15 — 27 = 13 Deficit aqua, qua infans lavetur.

„ 28 — 41 = 13 Proslit aqua (vs. 36 est interpolatus).

„ 42 — 45 = 5 Jupiter in Cretam fertur (ante vs. 42 unius versus lacuna est).

Neque vero in particula omphali secunda usque ad vs. 78 porrecta symmetria desideratur. Jovem enim nympharum ulnis acceptum, ab Adrastea sopitum esse, uber caprae Amaltheae pingue suxisse, dulce mel comedisse, sex versibus, Curetes pyrrhichum saltasse, tribus versibus poeta narrat. Versum autem 55 καλὰ μὲν ἡέσεν καλὰ δ᾽ ἔτραφες, οὐράνιε Ζεῦ interpolatoris esse, putaverunt Lennepius et Ruhnkenius, quia καλῶς τρέφεται idem esset, quod δέξεως ἥβῶν in versu sequente. In quorum virorum sententiam cedo, praesertim quum οὐράνιε Ζεῦ recte Jupiter in coelo regnans, non vero in Creta pubescens appellari possit. Quo versu spurio sublato celeriter Jovis corpus crevisse et insitas ingenii animique vires excitatas atque fictas esse, neque fratres natu majores illam ob causam principatum ei invidisse, quatuor versibus legimus. Prisci poetae, pergit Callimachus, non omnino vera dixerunt, imperium Jovi sorte tributum esse; nam quis de Olympo et Orco, rebus quam

quo
r. —
item,

νύρη
recte
εν et
Huc
e est.
nullas
ετα γε
Στύγη
. Sed
ri non
incipit,
nas x
; nam
com-
γενεν
ra hic
autem
anno-
rosilire
tionem
autem
s inter
n inter
n unius
prima

Jovem
suxisse,
Versum
pius et
virorum
in Creta
itas in-
n princi-
ommino
s quam

maxime differentibus sortiatur, qui non prorsus demens sit? Sed vs. 65 *ψευδοίμην διορτος ἢ κεν* πεπίθοιεν *ἀκονήν* hoc loco a poeta collocatus esse non videtur; etenim *ψεύδεσθαι* est vocabulum vehementius, quam quod de priscis poetis, qui imperium Jovi sorte tributum esse dixerunt, usurpari possit. Atque Callimachus ipse de priscis poetis in vs. 60 his verbis multo mitioribus usus est:
δηναῖοι δ' εὐ πάμπαν αἰλῆτες ἡσταν μοιδοι.

Quae quum ita sint, versus 65 hoc loco ferri non potest; sed post vs. 9 sedem ejus legitimam esse jam supra dictum est. Versus autem 66 aptissime cum vs. 64 conjungitur: Quum nemo de Olympo et Orco sortiatur (vs. 60 — 64 = 5), Jovem deorum regem non sortes, sed opera manuum et vis et robur fecerunt, quare ea prope thronum collocavit; pariterque aquilam avium validissimam auguriorum nuntiam sibi adjunxit (vss. 66 — 69 = 4). Versus igitur 55 vel 56 usque ad 69 sic compositi sunt: 4. 5. 4 = 13. Versus novem, qui sequuntur, ad vss. 46 — 54 respiciunt, quum et hi et illi compositionem 6 + 3 praebant. Jovem enim non nautas, milites, poetas, sed reges, viros praestantissimos, quorum in ditione nautae, milites, poetae sint, clientes sibi elegisse, sex versibus, aliis deis ordines inferiores commisisse, tribus versibus describitur. Tabula igitur hujus particulae haec est:

- 46 — 51 = 6 Educatur Jupiter in Creta:
52 — 54 = 3 Curetes pyrrhichum saltant.
56 — 59 = 4 Fratres Jovi principatum non inviderunt (vs. 55 ejectus est).
60 — 64 = 5 Non sorte summam imperii Jupiter obtinet,
66 — 69 = 4 sed potestate principatum sibi comparavit (vs. 65 transponendus est).
70 — 75 = 6 Reges clientes elegit.
76 — 78 = 3 Ordines inferiores aliis deis concessit.

Jam vero venimus ad particulam omphalit ertiam, cuius priorem versum 79 *ἐν δὲ Διὸς βασιλῆς, ἐπει Διὸς οὐδὲν αὐάκτων θεότερον* depravatum esse, omnes critici cognoverunt. Initium autem hujus versus *ἐν δὲ Διὸς βασιλῆς* a poeta ex Hesiod. theog. repetitum esse videtur, nam illie in vs. 96 eadem verba leguntur. Itaque Schneiderum nominativo *βασιλῆς* in accusativum *βασιλῆας* mutato illa verba cum praecedentibus conjunxisse probari non potest. Sanatio autem hujus versus facillima Meinekii est, qui pro *ἐπει Διὸς οὐδὲν αὐάκτων θεότερον* legit *ἐπει γένος κ. τ. λ.* — Atque etiam ante vs. 87 unius versus lacunam Meinekius recte indicavit. Sic enim disputat: „In superioribus poeta Jovem regibus opes attribuisse dixerat, non omnibus tamen aequae magnas; idque docere Ptolemaei exemplum, ceteros longe longeque antevertentis. Tum sequitur ipse ille quem adscripsi versus, in quo jam non de fortunis agitur, sed de prudentia et auctoritate regia. Desideres igitur aliquid, quo transitus poeta a divitiis ad illas quas dixi regis virtutes fecerat.“ Qua unius versus lacuna statuta haec compositio evadit: 5. 3. 5 = 13.

- 79 — 83 = 5 Jupiter regibus opes ingentes tribuit.
84 — 86 = 3 Prae ceteris regibus Ptolemaeus divitiis et fortunis floret.
87 — 90 = 5 , si ante vs. 87 unius versus lacuna est. Ptolemaeus etiam prudentia eminet.

Sequitur denique *ἐπίλογος* sex versus complectens, quibus Jupiter invocatur. Hanc vero partem in hoc hymno longiorem esse, quam in hh. in Ap., Cer., lav. Min. non mirum est, quum *τρφαγή* desit.

Atque etiam in hoc hymno prior cujusque partis versus sive dei nomine, sive pronomine ad Jovem referendo ornatus est,

- vs. 1 Ζηνὸς ἔσι τί κεν ἄλλο κ. τ. λ.
" 6 Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίσιν ἐν σύρσι φασὶ γενέσθαι.
" 10 ἐν δέ σε Παρρασίν 'Ρειν τέκεν.
" 91 χαῖρε μέγα, Κρονίδη πανυπέρτατε

Et ne particulae omphali singulae quidem hac nota carent,

vs. 46 Ζεῦ, σὲ δὲ Κυρβάντων ἑτάραι προσεπηχύναντο.

„ 79 ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆς.

Restat, ut quae de Callimachi carminum compositione invenerim breviter complectar. Constat mihi videtur, id quod jam Eug. Thionvilius in dissertatione de arte Callimachi poetae, Paris. 1856 conclusit, sex Callimachi carminum, quae hymnorum nomine tradita sunt, duo genera esse, quorum alterum caerimoniarum publicarum causa factum, alterum omnino non cantum sit. Ad illud autem genus hymnorum propter exordia solemnia quatuor in Jov., Ap., Cer., lav. Min., ad hoc duo in Dian. et Del. adscribendi sunt; partitio autem ea, quae in nomis fuerit Proclus in Onomast. IV., 66 testatur, in illis solis quatuor carminibus, quae diebus festis ad deos celebrandos videntur recitata esse, reperitur ita quidem, ut tria carmina in Ap., Cer., lav. Min. quadripartita sint, unum in Jov. tripartitum. Atque in illis tribus partitio eadem, quam Proclus l. a. nomorum tradidit, exstat: ἐπαρχά, μεταρχά, κατατρόπι, μετακατατρόπι, ὄμφαλός, σφραγίς, ἐπίλογος, et quum nulla causa cognosci possit, cur μετακατατρόπι a Callimacho ante omphalum collocata sit, nisi poetis prioribus eadem hujus partis collocatio placuerit, Vestphalium injuria huic parti sedem post omphalum tribuere voluisse statuendum est; nihil potius in partium nomi ordine a Proculo servato est mutandum. Hymnus unus in Jovem tripartitus est, quum κατατρόπι et μετακατατρόπι et σφραγίς desiderentur.

Jam vero quaeritur, quomodo res in partibus singulis tractentur. In duabus prioribus partibus, quae ἐπαρχά et μεταρχά vocantur, poeta a festo die, qui agitur, exorsus caerimonias ad deum celebrandum instituendas describit, quae in hymno in Cer. etiam declarantur. Transitui autem ad partem primariam κατατρόπι et μετακατατρόπι tribuuntur, quibus in partibus eorum, quae illo die omittenda, quae canenda sint, mentio fit. Quae in hym. in Jov., cui haec partes desunt, jam in prioribus partibus dicuntur. In parte primaria, quae nunc sequitur et ὄμφαλός dicitur, aut fabula, qua dei potestas elucet, narratur, ut in hh. in Cer., Jov., lav. Min., aut dei virtutes et facta egregia ut in hym. in Ap. ornantur. In parte autem subsequente poeta eo, unde progressus erat, ad caerimonias diei festi indicandas et explicandas revertitur, ut in hh. in Cer. et in lav. Min., aut deum rogit in hym. in Ap., ut carminum obtrectatores refutet et ipse carminibus quamvis exignis, tamen artificiosis faustus sit. Quae pars excipitur epilogi, quo numen invocatur et imploratur.

Hae vero partes non solum argumento, sed etiam forma exteriore distinguuntur, namque ejusque partis initium aut nomine aut cognomine numinis, aut pronomine ad deum referendo, aut exclamatio significatum est.

Sed pars primaria ὄμφαλός vocata, quum longior poetae visa sit, quam quae uno tenore recitari possit, in plures particulas divisa est, quarum numerus pro omphali ambitu diversus est. Nam omphalos hymni in Ap., qui versibus septuaginta constat, bipartitus, hymni in Jov. versus octoginta complectens tripartitus, hymni in Cer. versus octoginta septem continens quadripartitus est. Et ne in harum particularum initiis quidem aut nomen dei, aut pronomen, aut exclamatio desideratur, id quod jam ad singulos hymnos annotavi; sed in hymno solo in Cer. poeta ad hanc notam negligendam causa jam supra prolata impulsus est.

Dicat fortasse aliquis, talem hymnorum partitionem, qualem exposuerim, a Callimacho factum esse non posse, quippe cui verba Aristotelis in problem. 19, 15 οἱ μὲν νόμοι αὐτῶν ἐν ἀντιστρέψοις ἐποιοῦντο obstent. Tantum autem abest, ut Aristotelis verba partitione Callimachi carminum inventa subvertantur, ut confirmentur et illustrentur. Non dico de hymno in lav. Min., in quo partes singulae numerum distichorum maxime diversum praebent, dico de iis carminibus, in quibus ἐπαρχά eodem versuum numero quo μεταρχά, κατατρόπι quo μετακατατρόπι constat, et σφραγίς rationem

quandam versuum ad illas partes habet, de hymnis in Ap., Cer., Jov. Nam ἐπαρχά et μεταρχά hymni in Ap. versus octonus, hymni in Cer. novenos, hymni in Jov. quinos praebent et similiter κατατροπά et μετακατατροπά hymnorum in Ap. et Cer. versus septenos continent, et hymni in Ap. pars, quae σφραγίς vocatur, eundem versuum numerum ostendit, atque ἐπαρχά, hymni in Cer. eundem atque ἐπαρχά et μεταρχά. Sed quamquam in his partibus par versuum numerus invenitur, tamen carmina non in antistrophis facta sunt; nam hae poscunt, ut versus etiam eodem ordine compositi sint. Sed quam alia est compositio versuum in Callimachi carminibus! Versus enim oppositi sunt, veluti ἐπαρχά hymni in Ap. compositionem 5. 3, μεταρχά 3. 5, σφραγίς ei parti, quae ἐπαρχά vocatur, respondens 2. 6 adhibet et ἐπαρχά hymni in Cer. versibus 2. 4. 3, μεταρχά vss. 3. 4. 2, σφραγίς vss. 7. 4. 7 constat. Simili autem modo omphali particulae compositae sunt, ut in priore omphali particula hymni in Ap. haec compositio evadit: 4. 3. 3. 4. Sed plura exempla afferri non opus erit, quum jam prolatis cognoscatur, in Callimachi carminibus antistrophas non inveniri. Excipiendas autem sunt in hymno in Ap. κατατροπά et μετακατατροπά, quarum utraque hunc ordinem 1. 2. 2. 2 praebet; sed hand scio an poeta hic antistrophas ad sequentem partem primariam significandam admiserit; nam similiter in hymno in Cer. hae partes ab uno versu incipiuntur.

Sed si quis quaerat, num haec νόμων compositio, vel versuum symmetria a Callimacho in poesin Graecam illata sit, existimo eum nihil novavisse, sed poetas priores imitatum esse.

Sequitur autem tabula Callimachi hymnorum trium in Ap., Cer., Jov., quos ad νόμων formam reduxi.

T a b u l a

in Apollinem,	in Cererem,	in Jovem.
$\dot{\epsilon}\pi\alpha\varrho\chi\acute{a}$	$\dot{\epsilon}\pi\alpha\varrho\chi\acute{a}$	$\dot{\epsilon}\pi\alpha\varrho\chi\acute{a}$
$5 \left\{ 8$	$2 \left\{ 9$	$3 \left\{ 5$
3	$4 \left\{ 9$	2
$\mu\eta\tau\alpha\varrho\chi\acute{a}$	$\mu\eta\tau\alpha\varrho\chi\acute{a}$	$\mu\eta\tau\alpha\varrho\chi\acute{a}$
$3 \left\{ 8$	$3 \left\{ 9$	$2 \left\{ 5$
5	$4 \left\{ 9$	3
$\kappa\alpha\tau\alpha\tau\varrho\sigma\acute{a}$	$\kappa\alpha\tau\alpha\tau\varrho\sigma\acute{a}$	$\dot{\delta}\mu\varphi\alpha\lambda\acute{o}s$
1	2	5
$2 \left\{ 7$	1	$13 \left\{ 36$
2	$4 \left\{ 7$	13
2	2	5
$\mu\eta\tau\alpha\kappa\alpha\tau\alpha\tau\varrho\sigma\acute{a}$	$\mu\eta\tau\alpha\kappa\alpha\tau\alpha\tau\varrho\sigma\acute{a}$	6
1	1	3
$2 \left\{ 7$	$2 \left\{ 7$	$4 \left\{ 13$
2	4	4
2	2	31
$\dot{\delta}\mu\varphi\alpha\lambda\acute{o}s$	$\dot{\delta}\mu\varphi\alpha\lambda\acute{o}s$	6
4	2	3
$3 \left\{ 14$	$7 \left\{ \begin{smallmatrix} 4 \\ 5 \end{smallmatrix} \right\} 24$	$5 \left\{ 13$
3	$5 \left\{ \begin{smallmatrix} 4 \\ 5 \end{smallmatrix} \right\} 24$	3
4	4	5
$3 \left\{ \begin{smallmatrix} 5 \\ 5 \end{smallmatrix} \right\} 24$	$7 \left\{ \begin{smallmatrix} 4 \\ 5 \end{smallmatrix} \right\} 15$	6
3	4	$\dot{\epsilon}\pi\lambda\sigma\gamma\acute{o}s$
5	$7 \left\{ \begin{smallmatrix} 4 \\ 4 \end{smallmatrix} \right\} 22$	
$3 \left\{ \begin{smallmatrix} 5 \\ 5 \end{smallmatrix} \right\} 24$	4	
3	$7 \left\{ \begin{smallmatrix} 4 \\ 4 \end{smallmatrix} \right\} 22$	
5	7	
$3 \left\{ \begin{smallmatrix} 5 \\ 3 \end{smallmatrix} \right\} 24$	4	
3	7	
5	2	
$\sigma\varphi\varrho\omega\gamma\acute{is}$	$\sigma\varphi\varrho\omega\gamma\acute{is}$	
$2 \left\{ 8$	$7 \left\{ 18$	
$6 \left\{ 8$	$4 \left\{ 7$	
$\dot{\epsilon}\pi\lambda\sigma\gamma\acute{o}s$	$\dot{\epsilon}\pi\lambda\sigma\gamma\acute{o}s$	5
1		